



Liccaſionalia W-181  
potifſimur carmina  
vol. Inf 21. 6/21

Centur. quinque.

W-181

Aug VI 181

*Hannover 61*

# Sacrum Coniugii Vinculum,

quo  
VIR

*Prae-Nobilissimus, Amplissimus, Excellentissimusque*  
**DN. MARTINVS  
HASSEN,**

Moral. ac Civil. Prof. Publ. meritissimus,  
COLLEGA OPTIMVS,

cum

*Virgine integerrima,  
Omnibusque foeminei Sexus Virtutibus  
exornata,*

**ERDMVTH SOPHIA,**  
*Viri Nobilissimi ac Iure peritissimi,*  
**DN. IO. CHRISTOPHORI  
TREBITZII,**

Potentiss. Polon. Reg. & Elect. Sax. in Saydensi  
districtu Praefecti Prudentissimi, & Haereditarii  
Clientelarum in Ransdorff & Bukkau Domini,

Filia, natu maxima,

*VI. Kal. Iulii A.R.S. c13 1o CC XIV.*

Solemni ritu, & sub votivo Amicorum applausu,  
coniungebatur,  
felix ac diuturnum precatur

**ORDO SAPIENTVM**  
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI.

---

VITEMBERGAE,  
LITTERIS CHRISTIANI SCHROEDERI, ACAD. TYP.



\* \* \*

**R**etrogrado prorsus labuntur secula  
cursu,  
Et mundum spretis legibus ire  
iuuat.

*Ex odio nasci tenerum quis credit amorem?*

*Quaeve odium blandi semina amoris alit?  
Nonne puella olim solum redamabat aman-*

*tem,*

*Nomina qui, simplex, nunc odiosa fouet?  
HASSIVS (et quae non tam formidable nomen*

*Ad primum fugiat, territa nympha, sonum!)  
HASSIVS egregia dotatur uirgine Sponsus,*

*Angelicasque animas in sua uota rapit?  
Haec peregrina nimis, priscisque incognita lu-*

*stris,*

*Hic natura nouum protulit artis opus.*

*Nec*

Nec peregrina minus ; non noto carpier igni;

Obtutu primo uincula grata pati :

Dicere uix uisae : *mea lux, mea summa uoluptas,*

Te uolo, Te iubeo, Tu *meus ignis* eris.

I nunc, dic doctis : *ignoti nulla cupido,*

Dic : *non accedit mollis imago sitim.*

Nonne refutabunt tua consuetudine uerba ?

Nonne ipse in partes HASSIVS ibit eas ?

Vt uideant uenient, uidere, ut uisa capeffent,

Et *ueniens, spectans, uictor* abire solet.

Scilicet innuptis creuit prudentia nymphis,

Distinguitque inter nomen et omen amor.

Sic loquitur *Momus*, sic sentit inutile uulcus,

Cui fixxit *Titan* pectora crassa luto.

Cum tua, SPONSE, oculis spectant liuentibus  
astra,

Et sibi, queis frueris, candida fata uouent.

Sed sine, *Mome*, sat est uerborum, comprime  
linguam,

Quid, demens, audes carpere facta Dei ?

Falleris immensum, si uis ratione metiri

Numinis effectus, iura sacrata tori.

Frustra

Frustra rimatur Superum mysteria sensus,  
Transcendit captum quicquid olympus agit.  
Quo minus ignotos commendet gloria famae  
Quid uetat? aut quem non nominis aura  
trahit?  
Distribuit laeto Numen sua munera uultu,  
Fiunt, quae fiunt sponte, fauore suo.  
Hinc nos, qui toto TIBI pectore, SPONSE, fa-  
uemus,  
Atque tuis laeti tangimur usque bonis.  
Diuinum merito nutum ueneramur, et omnem  
Successum optantes, uerba suprema damus:  
*Si solet in coelis connubia pangere Numen,*  
*In terris eadem cur cito non fierent?*



Uing VI 181

bond

VD 17



Hassen 61

# Sacrum Coniugii Vinculum, quo VIR *Prae-Nobilissimus, Amplissimus, Excellentissimusque* **DN. MARTINVS HASSEN,**

Moral. ac Civil. Prof. Publ. meritissimus,  
COLLEGA OPTIMVS.

*cum  
Virgine inter  
Omnibusque foeminei  
exornata*

## ERDMVTH

*Viri Nobilissimi ac Iu  
DN. IO. CHRIS  
TREBIT*

Potentiss. Polon. Reg. & E  
districtu Praefecti Prudentis  
Clientelarum in Ransdorff &  
Filia, natu max

*VI. Kal. Iulias A.R.S. cI*I*.  
Solemni ritu, & sub votivo A  
coniungebatur  
felix ac diuturnum pre*

## ORDO SAPI

IN ACADEMIA VITEN

VITEMBERGAE  
LITTERIS CHRISTIANI SCHRO

